



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Episcopo Et Archidiacono Vrbevetano.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

recogit et dona Dei, qui eundem in conspectu Regum sua benignitate magnificans, per Ecclesie Romanæ favorem non men & potentiam suam inter ceteros mundi Principes magnifice dilatavit. Vos igitur, quorum fidem atque prudentiam Regis & regni necessitates debent efficaciter experiri, sic in articulo mali hujus intentioni præfati Regis occurratis fideliter ac prudenter ut non patiamini vos & regnum ejus in illam perturbationem induci a qua, quod absit, de facili nequeat expediri. Nos enim, qui pro iustitia causæ hujus, si forsitan expediret, certare usque ad mortem nullatenus vitaremus, a defensione libertatis ecclesiastica manum apostolicam retrahere non disponimus; quæ profectò abbreviata non est, immo per Dei gratiam sic extenta quod in quem fuerit ex meritis aggravata spiritualiter & temporaliter, ingens pondus oppressionis inducere valebit in ipsum. Datum Romæ apud sanctum Petrum.

LONDONIENSI, E LIENSI,
& Vvigniensi Episcopis.

Ep. 160.
Vl. 161.
Vl. 162.
Vl. 163.
Vl. 164.
NE prætextu libertatis seu etiam privilegi coiuseunque sententiam interdicti quicquam observarè recusat, quam pro negotio Cantuariensis Ecclesiae per totam Angliam per vestra sollicitudinis prævidentiam mandavimus, si necesse fuerit, promulgari, fraternitatì vestra periterata scripta mandamus & districte præcipimus quatuor si secundum apostolici mandati tenorem sententiam ipsam videritis promulgandam, sublato cuiuslibet contradictionis, appellationis, & excusationis diffugio, omnes pariter secularium & regularem, Hospitaliorum & Templariorum, seu etiam quorumcunque religiosorum Ecclesias eadem sententia concludatis. Et quoniam in prioribus litteris de Ecclesiis in Vvallia constitutis non fecimus mentionem, volumus & mandamus ut similiter in eas auctoritate præsentium sublatto cuiuslibet contradictionis & appellationis obstaculo procedatis, cum & ipsæ Cantuariensi metropoli sint subjectæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum.

EPISCOPO ET ARCHIDIACONO
Vibevetano.

Vl. 162.
Committitur
in causa que-
ritur Vitebien-
sis.
Vl. 163.
Vl. 164.
CVM causa quæ inter Yconomum monasterij sancti Martini de Monte Viterbiensis ex parte una, F. & R. cives Viterbienses ex altera, super accalamen-
tis quondam Tornampartis & terris de

Tom. II.

Rasare ac Salicis, & molendino ubi facta est galcheria, vertebatur, coram nobis fuisse aliquandiu ventilata, nos intellectis rationibus utriusque partis & attestationibus diligenter inspecitis, cum constitisset nobis monasterium ipsum in prædictarum rerum venditione ultra dimidium justi pretij fuisse deceptum, sententiando decrevisimus ut præfati cives aut recepto pretio possessiones restituuerent memoratas, aut supplerent quantum constaret legitime venditionis tempore justo pretio defuisse. Cum igitur . . Abbas & fratres ejusdem loci probare per testes intendant quanti pretij venditionis tempore possessiones fuerint prædictæ, præsentium vobis auctoritate mandamus quatenus infra trium mensium spatii recipientes appellatione remota testes quos alterutra partium duxerit producendo, audiatis causam, & eandem remittentes ad nos sufficienter instruētam, præfigatis partibus terminum competentem in quo nostro se conspectui repræsentent sententiam recepturæ. Si verò pars monasterij ad hunc probandum articulum eosdem testes produxerit quos ad alium probandum produxit, vos nihilominus eos recipere procuretis: quoniam aliud est probasse deceptionis excessum, & aliud probare quantitatem valoris. Datum Romæ apud sanctum Petrum v. Kal. Decembris anno decimo.

S I L V A N E C T E N S I E T
Atrebateni Episcopis, & Abbatii
Latinacensi.

Ep. 161.
De electione
Episcopi McL-
denfis.
CVM vota Meldensis Ecclesiae in duas se diviserint partes, quibusdam eli- gentibus Cantore Meldensem, aliis au- tem Abbatem sanctæ Genovefæ postulan- tibus in pastorem, nos auditis qua fuerunt hinc inde proposita, tam electionem Can- toris quam postulationem Abbatis exigente justitia duximus reprobandam, non propter defectum aut vitium alterutrius personarum, sed propter indiscretum & inordinatum processum contra constitutio- nes canonicas attentatum. Ne verò Mel- denfis Ecclesia diutiù remaneat pastoris solatio destituta, discretioni vestra per apostolica scripta præcipiendo mandamus quatenus ad ipsam Ecclesiam accedentes, convocatis Canonicis, singulorum scrute- mini voluntates, & si vel totum Capitulum vel major & senior pars ipsius infra octo dies in personam idoneam, præsertiude ipse Ecclesia, concordaverit, electionem ipsius, sive sit Subdiaconus, sive Diaconus, sive

M ij